

5. Absynthium & fel pro amara impiorum sorte. 6. Præfice.

7. Gentes incircumcise.

2. Ἰὰ ζωμικὰ.

Ediscantur vs. 1. 5. 21. 23. 24.

3. Ἰὰ δημηγορικὰ.

Absolvi potest Enarratio hujus capituli duabus concionibus, quorum 1. ex 1. & 2. 2. ex 3. ejus parte adornanda.

vs. 23. & 24. pertinent ad festum Trinit.

vs. 21. ad 16. Trinit.

vs. 1. ad historiam de infanticidio Herodis.

Ex vs. 21. haberi quoque potest concio in funere juvenis de universali mortalitate.

## CAPUT X.

### 1. Nexus Capituli.

**R**eventitur Propheta ad redarguendam populi idolomaniam, peccatum tum temporis in Palæstina frequentissimum.

### 2. Argumentum Capituli.

Est concio de idolomania, itemque populi πανωλεθρία, quarum illa refutatur; hæc deploratur.

### 3. Partitio Capituli.

Due sunt istius concionis partes 1. complectitur idolomania refutationem usque ad vs. 17. 2. πανωλεθρίας populi deplorationem.

Caput igitur illud partim est ἐλεγκτικόν, partim ὀδυρτικόν.

Straff } Predigt.  
Klag }

### 4. Usus.

Monentur exemplo Prophetæ verbi cælestis Ministri, ut iis maximè peccatis redarguendis insistant, quæ omnium frequentissima, ut hodiè sunt *Scortatio, Ebrietas, Securitas, Avaritia*. Aliàs prior istius capituli pars ferè παρωδικῶς accommodari potest idolomania Pontificiæ. Nam dicitur Parodia, quando res mutantur, verba retinentur.

Et 2

Expla-